



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De industriis ac studiosis: & quòd vtile sit labores ferre. cap. ciii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

De industria ac studiosis: & quod utile sit labores ferre:

C A P. C III.



N S V D O R B vultus tui vesceris pane tuo. Gen. 3.
Ex cura & solicitudine orietur tibi pax.
Exibit homo ad opus suum: & ad operationem suam vsf. Psal. 103.
que ad vesperam. Labores manuum tuarum manducabis: 127.
beatus es, & bene tibi erit.

Aperi oculos tuos, & saturare panibus. Si impiger fuē Pro. 20. 6.
ris, veniet vt fons messis tua, & egestas lōgē fugiet à te. Qui 27.

B plantat ficum, comedet fructus eius. Manus strenuorum diuitias colligunt.

Qui congregat sibi cum pietate, multiplicabitur. Manum suam misit ad 31.
fortia: & digitii eius apprehenderunt fusum. Roborauit brachium suum, & gusta-
uit, quod bona est negotiatio.

Operamini cibum vestrum ante tempus: & dabit vobis mercedem in tempo- Ecli. 51.
re suo. Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quām qui gloriatur, & 10.
egit pane. In omnibus operibus tuis esto sollicitus. In omnibus operibus 31.
tuis expurgiscere, nec defes sis.

Homo quidam peregrinè proficiscens, vocavit seruos suos, & tradidit illis bona Mat. 25.
sua: & vni quidem dedit quinque talenta, &c.

C Ipsi scitis, quoniam ad ea, quā mihi opus erant, & his qui mecum sunt, mini- Ecl. 20.
strauerunt manus istae. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet su-
scipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit, Beatus est
magis dare, quām accipere.

D Quidnam bonorum in prolini est? Quisnam dormiens trophyum erexit? Quisnam la- Basilij.
xui studens, ac tibiarum cantu delinitus, patientia coronis ornatus est? Nemo vñquam, qui Excitatio
non cucurrerit, palmam abstulit. Labores gloriam gignunt: eximme coronas conciliant. ad pium
Demus operam, vt eum, qui salutis vias nobis obsepit, prudentia & sagacitate superemus. laborem.
Ille segnitiam nobis ingenerat: nos ad opus exurgamus. Ille inanibus promissis corda nostra
ludificatur: nos ipsis consilia ne ignoremus. An non enim hoc nobis in animum immittit,
vt peccatum hodierno die perpetremus, in crastinum autem iustitia opera reiciamus?

Labores diurna confutidine culti, exercitatis hominibus minus graves ac molesti
accidunt.

Laboribus sanitas, & sudoribus salus comparatur.

Si carnis labores furiamus, iustorum bona non cernemus.

Chrys.

Paulum laboris subeamus, viri charissimi: ne semper tertiis bonis excidamus.

Ad breve quoddam tempus durat labor: & in seculum seculi requies se porrigit.

Vbi maior est labor, illuc quoque maior voluptas.

Qui mente preeditus est, labores adire minime cunctatur, propter eos fructus, qui ex la-

E boribus oriuntur.

Vbique per difficultates ac labores ea, quā commoda sunt hominibus, comparari solent.

Labores nusquam non bona suppeditant.

Non dormientium, ac molliter & ignave viventium est regnum Dei: sed violenti ra- Clement.
piunt illud. Hoc enim duntaxat violentia genus honestum ac præclarum est, nempe à Deo Mat. II.
vitam extorquere. Ipse autem eos noscens, qui arcte, vel, vt aptiori vocabulo yrar, vio-
lenter stringunt, concedit, ac manus dat. Ad hunc enim modum superari gaudet.

Præposterior est honores consecuti, ac labores, quibus honores comparari solent, de- Euagri.
fugere.

De imperij ac principatus amore: & quod temere ad imperia & digni-
tates profilire non oporteat.

C A P. C III.